



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De 7. exco[mmunicatione] Bullæ c. 23. & 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

immutato, vnā litteram, vel dictionem mutant, nec habentes falsas litteras sine vsu, vel inutiles domi in serinio conseruantes.

*De septima excommunicatione  
Bullæ. Cap. 23. & 24.*

**E**st contra deferētes arma offensiua, & defensiua infidelibus, Christianos impugnantibus, quā incurrunt etiam deferētes ferrū & ferri filum, stannum, chalibem, equos, instrumenta bellica, lignamina, quibus naues, & triemes fiunt, funes & funium materiam. Item certiores facientes ipsos infideles, Turcas, & Saracenos, vel etiam Hæreticos de statu Christianæ Reip. in detrimentum eiusdem: cōsiliū etiam & fauorem præstantes: Non ligat vendentes arma in terris infidelium absque delatione, nec defferentes inter eos ex vna ciuitate in aliam



nec asportantes merces, aut victualia, nec Christianos in infidelium triremibus contra Christianos remigantes, nec similiter qui gratitudinis gratia enses, vel equum ad ipsos afferrent.

*De Octava, Nona, Decima, & Undecima excommunicatione.*

*Capit. 25.*

**O**ctava excommunicatio ligat inuadentes, impediētes, & perturbātes eos, qui victualia ad vsum Romanæ Curie necessaria deferūt. Romana Sedes ibi est vbi Papa; vnde per Romanā Curiam nō intelligitur Populus Romanus, sed immediate vel media ē Papæ inseruientes, quales sunt etiam, qui Cardinalibus atque Episcopis ibi inseruiunt. Non claudit illos, qui talia victualia, aut ea deferētes impediunt ob necessitatē propriæ Reip. sed eos,